

## Lib. VI. Tit. I.

## De rei vindicatione.

§. 1. *Rei vindicatio* est actio in rem ex dominio competens, adversus possessorem rei corporalis, ut, declarato petitorum pro domino, res illa cum omni causa restituatur. Eius notetur 1. *Causa*, 2. *Subiectum*, 3. *Effectus*, 4. *Adjuncta*.

§. 2. (1) *Causa* s. *fundamentum* est *Dominium*, *Eigenthumb* / *eigenthümb*, *Berechtigteit*, quod sumitur pro *juro*

vel *Personarum*: ita dominium dicitur quis habere in servos, in familiam, in filios, in subjectos, in uxores, quæ omnia etiam certo modo vindicari dicuntur.

vel *Rerum* & quidem

1. *latissime*, estque *jus* s. *in re* s. *ad rem*. Unde & obligationis & cujusque juris persequutio *Vindicatio* dicitur.

2. *specialius*, & est *jus in re*: ita hæreditas etiam dicitur *Dominium*, & aliàs *Ufusufructus* aliarumque *servitutum*, it. *possessionis*, *dominium* dicitur.

3. *specialissime*, estque *jus in re* *contradistinctum* 1. *hæreditati* 2. *ufusufructui* aliisque *servitutibus* 3. *possessioni*, nim. *jus in re corporali*, quo quis de re ista potest pro arbitrio nomine proprio disponere. Atque ita certa quædam actionis realis species quasi κατ' ἐξοχήν *Vindicatio* dicitur.

§. 3.